

matica dicuntur & ordinamenta, minime admittantur, *vt in l. 1. Taur.* maxime cum hodie d. pragmatica fit posita in noua recopilatione Regia pro lege, quia non est amplius dubitandum, quin sit seruanda & practicanda, quotiescunque casus acciderit. Potuit tamen prædictus non vltus causari ex eo, quod vt in plurimum contingit, sponsus non solet vestitus & hæc iocalia donare, sed pater ipsius.

11 At l. Regia ¶ tantum loquitur in ipso sponso & marito. Vnde cum sit correctoria, exorbitans & pœnalis, vt pote annulationem actus aliter facti inducens.

12 Quæ annullatio ¶ est pœna, *vt in l. Senatus ff. de contrahend. empt. & per lal. in l. turpia legata. in princip. num. 2. ff. de legat. 1. & per Francisc. Auil. c. 44. prator. in gl. no valga, per tot. fol. 240.* merito quod non sit extendenda ad aliam personam, quam prohibitam, *vt in auct. quas actiones, cum vniuersa. C. de sacrosacerdot. De viro enim lex loquitur, ergo ad alias personas trahenda non est, vt in l. si vero, §. de viro ff. solut. matr.* Et ita in terminis, quod fuerit vel extraneus possit donare vestes & iocalia sponse vltra dictam octauam partem, tenet cum Palat. Rub. quem refert Auend. *ubi supra d. c. 15. num. 1.* quod etiam probatur ex verbo, *De sponso y casan,* cap. geminato, quod denotat firmitatem actus & præcisam formam, *vt in l. Ballista, ff. ad Trebellian.*

13 Vltimo circa ¶ intellectum d. l. 1. tit. 2. lib. 5. noua recopil. Reg. de vestibus & iocalibus vique ad dictam octauam partem sponso dandis loquentis, est aduertendum, quod meo iudicio non recte sensit Additionator Segura in l. 1. §. si vir uxori, num. 139. *de testis de acquirere, possess. fol. 146.* dum existimat ex verbis dict. l. ibi, *los dichos vestidos y joyas, ni otra cosa alguna,* hoc extendi debere ad arras. Itaque hodie attempta leg. illa non posse promitti arras vltra octauam partem dotis receptæ. Quod sane fallum esse existimo: nam non est inducenda legum correctio, cum ipsa euidenter ex lectura legis non appareat, vt probant iura vulgaria. Cum igitur aliis legibus Regiis supra allegatis statutum sit arras promitti, & dari posse vique ad decimam partem bonorum promittentis, cur hoc corrigi dicere debemus per l. illam, siue pragmaticam, in vestibus & iocalibus, & aliis eiusdem generis tantum loquentem, non vero in arras, cum intellectus hic subauditus & fumpus generalitate illius legis, per Additionator supra dictum, non sit accipiendus in expressam correctionem aliarum legum? Quod fortius & clarius hodie præcedat, attento, quod in noua recopilatione legum Regiarum, post d. l. 1. loquentem de dictis vestibus & iocalibus statim seruata est l. 50. Tauri, quæ prohibet renuntiationem fieri legis forti permittentis, vsque ad decimam partem bonorum pro aris dari, & non vltra, quia non est præsumendum statim, nullo intervallo dato, induci voluisse correctionem illarum legum Regem nostrum, & recopilatores illarum legum. Et ita verissime censo esse tenendum contra Additionator, supra dictum in hoc, quod hæc non corrigantur, sed quælibet illarum in suo casu loquatur & sit seruanda. Nec obstant verba d. l. 1. ibi: *ni en otra cosa alguna,* quia hoc intelligitur, similibus præcedentibus, prout sunt plura spectantia & pertinentia aptissime ad maiorem ornatum mulierum. Et quod hic intellectus sit verus, probatur ex verbo. *Otra,* quod est repetiti-

uom similitum, iuxta gl. in l. si fugitiui, C. de seruis fugitiui, communiter approbat in diuersis locis, quod hic omitto, quia vulgare est. Est postquam hæc ita scripseram, inueni expressè repobantem d. Additionatorem, & supradictò modo intelligentem dicta verba, *ni en otra cosa alguna,* Ioan. Baptist. in suo arario commun. opin. lit. A. n. 251. fol. 16.

Ex quibus ¶ omnibus infertur ad intellectum eiusdem pragmat. 101. de Madrid. & d. l. 1. tit. 2. lib. 5. non recip. in verbis præcedentibus, quibus taxatur & moderatur quantitas dotis, quæ vnicuique filiarum præstari potest, propter damna, quæ sequerentur aliis filiis ex dotibus excessiuis. Nam in casu illius l. dotis promissio siue datio excedens quantitatem & metam ibi statutam & præfinitam, & sic continens meliorationem tacitam vel expressam, non confirmabitur iuramento, e ratione, quod actus hic expressus est præiudicialis cæteris liberis, quorum fauore l. introducta est, quo casu actus iuramento non confirmatur, nec seruandum est iuramentum, *vt in dictis cap. quamuis pactum, & cum contingat.* Et ita inuenio, quod hanc opinionem in terminis supradictæ l. hoc fundamento & aliis bene probat nouiter Gaspar Bæc. in dict. l. Regia, in tractatu quem super ipsa constituit, de non meliorand. ratione dot. §. c. 29. num. 4. & seq. vsque in fin.

Vbi præcipue ¶ hoc fundat etiam ex doctrina & opinione Bart. in l. hac editalis, in fin. princip. C. de secund. nupt. vbi tenet, quod dispositio d. l. hac editalis, quæ taxat dotem ab vxore secundo marito dandam, non potest excedi, etiam si interueniat iuramentum, quia l. illa edita fuit fauore filiorum primi matrimonii, & iuramentum non debet operari nec seruari, quando ex contractu iurato directo succederet iactura tertii, *vt in supradictis cap. probatur,* quæ opinio & doctrina Bar. est approbata per plures Dd. quos ibi ipse refert, & expressa sane est in hac questione pro supradicta vera opinione, & ideo cam retuli & posui, quia conuenit meo proposito & materiam huius tractatus. Ex qua quidem doctrina Bartol. corroboratur opinio mea noua, quam supra tenui, scilicet, limitando aliam meam sententiam, qua asserui d. pragmatic. 101. de Madrid. & d. l. 1. noua recopilat. dum loquitur in meta & taxa apposita vestibus & iocalibus, & aliis rebus dandis ab sponsis sponso, posse excedi cum iuramento: quod ipse limitauit, præterquam si sponsus haberet filios prioris matrimonii, quia tunc in præiudicium quatuor ex quinque partibus sibi per leges Regias debitatum pro legitima, dixi nihil operari iuramentum, nec seruandum fore. Hoc, inquam, comprobatur ex dicta opinione Bartol. & eius ratione, quia hoc casu fauore filiorum prioris matrimonii, sicut in illo, quo Bartol. loquitur, non valebit promissio vel donatio vltra dictam quintam partem, quæ extraneo potest donari vel relinquere, ablata à filiis. Et cum his finem facit huic cap. quia licet alia plurima circa intellectum & practicam dict. l. noua recopil. in materia dotum possent hic examinare & adducere, ea tamen omitto, quia latissime & optime vtiliterque d. l. Regiam legit & declarat d. Hispanus Gaspar Bæc. in d. suo tractatu, quem super illa Madritica constitutione edidit, in quo non solum eloquentem, sed etiam Iurisperitum eximium se ostendit.

S V M

## S V M M A R I V M.

- 1 Præiudicia à iure concessa dotibus, habent locum in dotibus de quarum vera numeratione appareat, non vero in dotibus confessariis, quando non appareat de vera numeratione earum.
- 2 Confessio dotis recepta facta à marito constante matrimonio, si non constat de vera ipsius numeratione, habet vim donationis inter virum & uxorem.
- 3 Confessio dotis recepta facta à marito constante matrimonio, non confirmatur, nec fit irrevocabilis iuramento.
- 4 Hoc limitatur, præterquam si maritus vltra confessionem dotis receptæ promittat cum iuramento illam reddere.
- 5 Confessio mariti recepta dotis, an nocet eius creditibus post biennium vel ante, secunda renuntiatione non numerata dotis.

## CAPVT XV.

## De confessione dotis receptæ.

**P**RÆIUDICIA iure concessa dotibus, habent locum in dotibus, de quarum vera numeratione appareat, non vero in dotibus confessariis, quando non appareat ¶ de vera numeratione earum. Ita tenet gl. in l. assidus, verb. data, C. qui potior. in pign. hab. Quam materiam latissime examinavit Bal. Nouel. in tract. de dot. in 10. part. princ. per tot. & Conar. etiam lib. 1. var. resol. c. 7. num. 4. & segg. qui omnino sunt videndi, & testatur gl. illius opinio. communem plures allegans Dom. Ant. Padilla in auct. res qua, n. 120. C. communia de leg. Et est etiam videndus Anton. Gom. in l. 53. Taur. n. 2. & de hoc articulo potest fieri vnus tractatus, vt inquit Anton. de Fano, de pigno. in 4. memb. 2. part. n. 76. fol. 38. & opinionem illius gl. dicit communem Ioan. Baptist. in sub arario commun. opin. lit. D. num. 219. fol. 47. quamuis Rol. à Valle conf. 17. n. 10. lib. 1. dicat, alios allegans, communem opinionem esse contra gl. illam.

Ex quo infertur, ¶ quod confessio dotis receptæ facta à marito constante matrimonio, si non constat de vera ipsius numeratione, habet vim donationis inter virum & uxorem, ac per consequens præsumitur in fraudem facta, & non valet, sicut nec donatio, nisi morte confirmetur, vt tradit bene Bald. Nouel. *ubi supra.* Quam opinionem fundat & dicit communem esse Conar. plures allegans, *ubi supra d. n. 4.* vbi refert alios Dd. tenentes, quod prædicta confessio non præsumatur donatio, sed confessio emissa spe futuræ numerationis, quam opinionem ipse ibi veritorem esse existimat, eam probans & refert concordiam communem inter has duas opiniones, scilicet, vt prima procedat, quando confessio prædicta fuerit facta matrimonio constante & adiecta renuntiatione exceptionis non numeratæ dotis, secunda vero, quando hæc non intercesserint. Sed ipse teneo primam opinionem, quæ est communis, & non est recedendum ab ea in iudicando & consulendo: quam etiam dicit communem ex testimonio R. ipæ, Ioan. Baptist. *ubi supra n. 221.* Et eodem nomine vtitur plures

allegans & amplians, etiam si fiat confessio in testamento, præcipue interueniente in contractu inter viuos renuntiatione non numeratæ pecunie, *Mench. lib. 3. controu. vsq. seq. c. 46. nu. 1. & seq.* vbi quid quando dicta confessio sit ante vel post solum matrimonium, & n. 10. refert esse communem opinionem, quod supradicta donatio confirmatur hoc casu specialiter morte mariti absque traditione.

Quæ ¶ communis opinio in tantum est veta, vt procedat, etiam si prædictæ dotis receptæ confessio facta constante matrimonio sit iurata, quia non confirmatur, nec fit irrevocabilis iuramento, vt tenet Bart. in l. cum quis, §. Titia, ff. de legat. 3. quia hoc casu iuramentum cum sit adiectum super præterito, non confirmat actum, nec reddit eum irrevocabilem. Tunc n. iuramentum confirmat actum alias inuolidam vel nullum, vireque & robur ei præstat, quotiescumque est promissorium de futuro, scilicet de obseruando aliquid, & non contraueniendo, *vt in auct. sacramenta puerum C. si aduers. vendit. cum materia, in cap. quamuis pactum, cum sua materia de pact. in 6. in cap. cum contingat, de iureiur. & in c. licet mulieres, eod. tit. in 6.* non vero quoties accipitur super re de præterito, ex rationibus à nobis latius traditis supra hoc tractat. c. 3. num. 11. vbi probauimus hanc doctrinam Bart. in d. §. Titia, esse communiter approbatam, & non offendere alteram receptissimam opinionem, quæ habet, quod donatio inter virum & uxorem confirmatur iuramento & efficitur irrevocabilis. Quoniam illud est verum, & procedit in vera & expressa donatione, quæ tamen iure ciuili est prohibita, ne mutuo amore se coniuges spoliarent in qua donationem nulla fraus reperitur. Doctrina vero Bar. in d. §. Titia, loquitur, & procedit in præsumpta donatione inter coniuges, eaque fraudulenta & simulata, qui resultat ex confessione dotis receptæ facta per maritum constante matrimonio, non constituto de vera numeratione dotis, quia quotiescumque datus in aliquo contractu simulatione, ille iuramento non confirmatur, iuxta gl. communiter approbatam, in l. 3. C. plus val. quod agitur, & c. de qua dixi in repet. *homo potest, n. 83. ff. de legat. 1.* Et ita merito hanc Bart. doctrinam in d. §. Titia, vti veram sequitur Bald. Nouel. *ubi supra in d. 10. part. n. 10.* & esse communem pluribus Dd. allegatis, qui eam sequuntur, testatur Conar. *ubi supra d. c. 7. num. 5. lib. 1. var. resol. communiem etiam testatur Ioan. Baptist. ubi supra n. 220.* licet Mencha, d. lib. 3. c. 47. num. 1. *vers. Secundo casu,* ceneat, quod si confessioni iurata hoc casu adiciatur promissio simplex de reddendo, necesse habet maritus prestare, ne directo contrarietur suo iuramento, in cuius obseruatione salus æterna consistit. Sed hæc opinio Mench. vera non videtur, ex his, quæ dixi supra c. 3. n. 11. & Mencha. *ubi supra num. 2. & 8.* refert plures Doct. tenentes communem opinionem supradictam & ipsam dicit esse tenendam indistincte.

Hæc tamen ¶ communis opin. debet intelligi & limitari, præterquam si maritus vltra confessionem dotis receptæ constante matrimonio emissam, promittat illam dotem soluere vel reddere certo tempore, idque iuret, quia tunc temporis cum iuramentum apponatur super promissione de futuro, & super donatione præsumpta, confirmabit prædicta promissio, & maritus eiusque hæredes tenentur eam adimplere, & non poterit

H aduersus

aduersus eam apponere exceptionem non numeratæ dotis. Quia tunc non agitur ex confessione, sed ex prædicta promissione iuramento, & efficitur irrevocabilis sicut expressa donatio inter prædictas coniuges. Et ita multum refert, an sit dictum in instrumento, quod talis vir confessus fuit habuisse & recepisse tantum pro dote suæ uxoris, & ita iuravit, quia tunc tale iuramentum de præterito non trahitur ad obseruantiam tacitæ donationis, an dictum sit vltra prædictam confessionem, quod promissit dictam dotem restituere in casu soluti matrimonij, & ita iuraverit. Quia tunc tale iuramentum de futuro firmat ipsam actum tacitum & verum, hoc est, tacitam donationem, quæ vera est, quandoquidem vir promissit reddere dictam dotem confessatam. Ita intelligit materiam hanc Bal. Nouell. *vbi supra d. n. 11. post Imol. in d. cap. cum contingat, in 10. memb.* quem ibi refert, sequuntur etiam Palat. Rub. Rip. & Aymon relati per Couar. *vbi supra d. n. 5.* licet ipse ibi simpliciter sequatur opinionem Rom. tenentis etiam hoc casu contrarium, sed eam non fundat. Ipse vero veritorem & tenendam esse existimo præcedentem opinionem cum Imol. & Bald. Nouell. & cæteris sequacibus. Quia iuramentum hoc cum possit seruari absque interitu salutis æternæ, & sine præiudicio tertij, seruandum est, *vt in d. e. cum contingat, cum similib.* quæ ratio militat in confessione tantum dotis receptæ iurata constante matrimonio facta, nulla adiecta promissione: quia hoc casu nihil promittitur, nec inuenitur promissum, quod sit seruandum, sed tantum asseritur, receptam fuisse talem dotem, iudice iurata. Quod quidem diuersum est à nostro casu, quando vltra confessionem supradictam adest promissio iurata de reddenda prædicta dote confessata, quia tunc inuenitur expressum, quod seruari debet, hoc est, reddere vel soluere prædictam dotem, quam consistit recipisse, atque ita meo iudicio intelligenda est materia hæc quicquid alij dixerint: quam etiam limitationem tenet Mench. *d. lib. 3. c. 47. n. 1.*

5 Poterat hic congrue examinari & tradi quæstio illa satis dubia, & in practica sæpe contingens, an confessio dotis recepta facta ante vel constante matrimonio noceat post biennium creditoribus, & renuntiatio non numeratæ pecunia dotis, an noceat eisdem creditoribus non expectato biennio, sicut nocet ipsi consentis, & an aliquo casu confessio dotis recepta habeat privilegia, quæ habet dos, de cuius vera numeratione constat? Et quia nos de his aliquantulum egimus in nostra vndecima allegatione, & latissime ea tractant Bald. Nouell. & Couar. *vbi supra.* ideo hic non repetam, sed quoties casus acciderit, eurrentum etiam supra dictos: sufficit nos hic egisse, quod ad nostrum propositum & intentum materiæ iuramenti tangit & spectat.

S V M M A R I V M.

- 1 Nobilis sine Fidalgus non potest incarcerari pro debito ciuili.
- 2 Nobilis bene potest incarcerari pro debito descendenti ex delicto vel quasi.
- 3 Nobilibus captis honestior carcer debet assignari, vtrius palatium ciuitatis vel ville sub fida custodia expensis ipsius nobilis, nisi sit

- captus pro tali crimine, quod secure non posset tradi militibus custodiendus, quia tunc in carceribus ponetur.
- 4 Commentariensis, qui habet captum nobilem integra fidei & opinionis, non tenetur, si nobilis aufugiat carceribus.
  - 5 Lex Regia precipiens, quod nobilis pro debito ciuili non incarceretur, quosidie praticatur.
  - 6 Nobilis interim, quod sit probatio nobilitatis, detinetur in carcere, vel relaxatur sub fideiussione de la haz quando est captus pro debito ciuili.
  - 7 Index ordinarius cuiusque loci, vbi petiunt debitorum à nobili, vel accusatur de delicto, est competens ad cognoscendum de questione incidenti nobilitatis, ad hoc, vt nobilis non detineatur in carcere pro debito ciuili, vel ne torqueatur in causa criminali.
  - 8 Index laicus cognoscens de vniuersitate bonorum, cognoscit etiam de iure patronatus ibi inuoluto, nulla facta mentione eius in libello nec in sententia.
  - 9 Leniores probationes nobilitatis sufficiunt, quando nobilitas incidenter venit probanda, & quomodo alleganda & probanda sit hoc casu.
  - 10 Bona nobilis debitoris capi debent & manifestari pro exsolutione debitorum.
  - 11 Cedens bonis tenetur creditoribus dimittere omnia bona, quæ tunc habet, vbi de vestibus & aliis relinquendis huic cedenti, remissive.
  - 12 Relinquenda sunt nobilibus arma, vestes, lectus quotidianus, & domus habitatoris, equus & mula, quando in eorum bonis fit executio: hoc quando nobilis habet alia bona, in quibus fiat executio: sed quando non habeat alia bona, secus, præterquam in equo, in quo solet equitare: nam is minime capiendus est, etiam si alia bona deficiant, & n. 13.
  - 14 Nobilis, contra quem legitime probatur occultasse bona, ne caperentur pro executione debiti, non gaudet supradictio beneficio liberationis à carcere pro debito ciuili nobilibus à iure concessio, & pluribus n. seqq.
  - 15 Dolus est delictum.
  - 16 Filius suus, qui alius ex hereditate paterna amouerie vel celauerit, amittit beneficium abstantionis suæ concessum.
  - 17 Leges Falcidia beneficio indignus est, qui id egerit, vt fideicommissum interdicat: & quia pena puniatur hæres occultans aliqua bona hereditaria.
  - 18 Qui abutitur privilegio, illud amittit.
  - 19 Quando ratio l. est generalis, decisio vero particularis ratio pro lege habetur & non restringitur per decisionem, qua loco exempli est.
  - 20 Qui celat sine amoue aliquid rem hereditatis, dicitur suum committere, & tanquam sur puniatur.
  - 21 Nobilis committens furtum, perdit nobilitatem.
  - 22 Creditor non potest debitorem de paupertate conuenire, quando cum pauperem vt diuitem acceptauit, nisi post contractum noua causa superueniat, scilicet, suspicio fugæ, vel quod denenerit ad diminutionem & paupertatem: præterquam si debitor tempore contractus dolo asseruit se esse idoneum, vt secum contraheret, sciens se non esse soluendum, & num. 23.
  - 24 Cedens bonis liberatur à carcere, nisi dum captus est,

- est, occultans bona, vel ante capturam studiose in fraudem creditorum alienant.
- 25 Nobilis, qui tempore contractus negat scienter se esse nobilem non gaudet privilegio, ne capiatur pro debito ciuili.
  - 26 Maritus, qui habet privilegium, ne conueniatur vltra quam facere possit, amittit illud, si dolum commiserit, ne solidum solueret.
  - 27 Nobilis, contra quem est suspicio, quod occultauerit bona, probata tanquam quasi possessione sue nobilitatis, amittit dictum privilegium.
  - 28 Nobiles decolli non gaudent privilegio nobilitatis.
  - 29 Prædictam casu, in quo nobilis debitor ex causa ciuili occultauit bona, & quid pronuntiatum fuerit.
  - 30 Plebeius captus in carcere pro causa ciuili, venit relaxandus sub fideiussoribus, de quibus hic.
  - 31 Debitor ex contractu gauerentio captus pro executione ipsius, pendente executione, antequam proferatur in causa sententia, de remate unigo dicta, relaxatur sub fideiussione de la haz, secus post.
  - 32 Nobilis, clericus, miles vel doctor suspectus de fuga, cum propriis potest à creditore capi & tradi iudici detinendus, donec es alienum salua ex illis bonis, quæ fuit occultare conatus.
  - 33 Mulier, quæ vergente viro ad inopiam, opposuit se executioni creditorum contra maritum petita pro sua dote, & occultauit aliqua bona mariti vel sua dotis, potest capi, donec illa manifestet, & potest pro delicto puniri pena aliqua arbitraria, non vero ob hoc amittit privilegium sua dotis, & num. 34. An in foro conscientie mulier hoc casu teneatur respondere edictis siue iuramentis pro prædictis rebus manifestandis cum censuris promulgatis.
  - 35 Mulier debitoris occultans bona in fraudem creditorum, potest incarcerari.
  - 36 Nobilis non habet privilegium, ne conueniatur vltra, quam facere possit, licet non possint capi pro debito ciuili.
  - 37 Nobilis an possit renuntiare privilegio, quod habet, ne incarceretur pro debito ciuili, ingens questio, & numeris seqq.
  - 38 Pactum vt conueniatur in solidum, qui alias non poterat conueniri, nisi in quantum facere posset, valet & tenet, & econtra, num. 31.
  - 39 Liber homo potest operas suas locare in perpetuum, & n. 72.
  - 40 Liber homo maior 25 ann. potest se venire pati ad pretium participandum.
  - 42 Debitor quicumque potest renuntiare cedendi bonis.
  - 43 Adilitium edictum est iustissimum, & tamen patto ementis potest renuntiare.
  - 44 Appellatio est introducta de iure naturali, forma eius de iure ciuili, & tamē ei renuntiare potest.
  - 45 Vnus tantum ex litigantibus potest etiam appellatiōi renuntiare, & etiam sit intra tempus datum ad appellandum, non poterit appellare propter suam renuntiationem.
  - 46 Renuntiatio nobilitatis non est admittenda, quando ex ea derogaretur nobilitati in vniuersum, nempe quoad aliquod ignominiosum supplicium nobili inferendum.
  - 47 Maritus non potest renuntiare beneficio, quod

- habet, ne ab vxore in solidum conueniatur: nec talis renuntiatio in iuramento confirmatur, num. 48.
- 49 Quia non possunt conueniri vltra quam facere possunt, non possunt personaliter capi.
  - 50 Clericus etiam cum iuramento non potest renuntiare privilegio fori, quod habet, ne conueniatur coram iudice seculari.
  - 51 Prærogatiua nobilibus concessa, videtur habere suam rationem in diuina prouidentia radicatam.
  - 52 Patronus causarum non potest renuntiare privilegio, quod habet, ne suscipiat provinciales functiones.
  - 53 Clericus non potest renuntiare privilegio canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. ideo etiam si sponte se percipi patiatur, adhuc percipiens incurrit in excommunicationem.
  - 54 Clericus se ipsam percutiens incidit in illam canonis censuram.
  - 55 Renuntiare potest quis, nec perdere ea, quæ non à patre, sed à genere habet.
  - 56 Nobilitas probanda est in patre & auo, vt in ea quis obtineat.
  - 57 Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest.
  - 58 Privilegia concessa nobilibus competunt etiam eorum vxoribus, quamuis ipsæ nobiles non sint.
  - 59 Renuntiare non potest legi prohibitoria.
  - 60 Senator non potest renuntiare privilegio sibi à iure communi veteri (iam hodie correcto) concessio, ne libertam uxorem ducere possit.
  - 61 Argumentum sumi ex lege correctâ licitum est, admodum ipsa lex correctâ sit inserta in corpore iuris.
  - 62 Renuntiatio nobilitatis an firmetur iuramento, & num. sequen.
  - 63 Per clausulam renuntiationis omni legum & iurium auxilio cum iuramento videtur renuntiatum beneficio, ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest, & beneficio, non incarcerandi.
  - 64 Iuramento calumnie renuntiare minime potest, nec ex consuetudine præscripta renuntiare potest.
  - 65 Iuramentum calumnie si bis non petatur, licet omittatur, hodie de iure Regio non annullatur processus, quia tacite etiam omitti potest.
  - 66 Index, si sibi visum fuerit, potest vbiunque, imo post conclusum in causa partes ipsas interrogare pro eruenda veritate.
  - 67 Lex Regia 4. tit. 2. lib. 6. noua recopil. Reg. declaratur, rationesque eius assignantur num. seqq.
  - 68 L. non puto, dige. de iur. sisc. quomodo intelligatur.
  - 69 In generali sermone semper intelligitur excepta persona loquentis.
  - 70 Compensatio non habet locum in causa depositi.
  - 71 Renuntiatio tacita plus roboris interdum de iure sortitur, quam renuntiatio expressa.
  - 72 Maritus, qui negauit matrimonium contraxisse cum muliere, ex cuius parte dos ab eo repetitur, committitur de mendacio, in solidum est executiendus.
  - 73 Locatori regulariter licet seruire per substantium.
  - 74 Nobilis ex privilegio potest nobilitati suæ renuntiare.
  - 75 Fideiussor ignobilis datus pro nobili incarcerandus est, & non debet gaudere privilegio principalis in hoc, quia illud privilegium est personale.

CAPVT XVI.

De privilegio competentibus & aliis personis, ne possint incarcerari pro debito civili, & an et renuntari possit?

LIBRES sunt in iure persone, quae non possunt incarcerari pro debito civili, inter quas praecipuus est nobilis, ut probat l. 4. tit. 2. lib. 4. ordin. Reg. quae hodie est l. 4. tit. 2. lib. 6. noua recopil. Reg. cuius verba sunt haec: Ordenamos, que ningun hyodalgo pueda ser preso, ni encarcelado por deuda que deude que deua, salvo sino fuere arrendador, o cogedor de nuestros pechos, por que en tal caso el mismo quebranta su libertad. Quae lex confirmatur & approbatur in l. statim sequenti, & idem de iure communi decisum existabat, ut plures allegans tradit Couar. lib. 2. var. resol. c. 1. num. 4. & dicit communem opin. Mench. de success. creat. §. 22. num. 75.

Si tamen debitum descendat ex delicto vel quasi bene possunt, imo debent nobiles incarcerari, ac si non essent nobiles vel exempti, ut dicitur l. 79. Taur. qua hodie est l. 6. d. tit. 2. lib. 6. noua recopil.

Sed in hoc casu honestior carcer debet nobilibus assignari, quam plebeis, quia iudex potest nobili accusator de delicto assignare pro carcere palatium ciuitatis vel villae, vel totam ciuitatem vel villam. Et cum hoc satisfaciat iudex statuto disponenti, quod accusatus ponatur in carcere, ut tradit Angel. in l. qui carcerem, ff. quod met. caus. §. in l. 2. C. de exhibend. reis, quem refert & sequitur Gregor. Lop. in l. 4. in gl. Home de buen lugar, tit. 29. part. 7. Tiraq. de nobilitate, q. 20. n. 29. & duob. seqq. quam opin. allegans Palat. Rub. & alios sequitur Auiles in c. 25. prat. in gl. Dispensare, n. 5. & seqq. vbi ampliat ipse in nobilibus vel literatis, vel honorabilibus personis captis pro blasphemia, quia carcer est arbitrius & arbitrio iudicis relinquitur. Idem etiam tenet cum supradicta ampliatione Auenda, in 2. part. c. 5. prat. n. 22. vbi hoc intelligit, si in tali palatio ultra capturam personae assignaretur nobili fida custodia expensis, ne inde valeat recedere vel catenas tollere. Nam in loco priuato assignato loco carceris non diceretur aliter sine custodia captus & carceratus, ut ipse colligit ex Doctrina Bart. & Ang. in d. l. qui in carcerem, pro quo potest induci secundum ipsum l. 4. tit. 29. part. 7. vbi assignato loco priuato pro carcere alicui nobili, est imponenda a iudice custodia, & idem probatur in l. 6. ead. tit. Et pro hac opinione, quod nobilibus & honorabilibus personis debeat assignari honestior carcer, est expressa d. l. 4. tit. 29. par. 7. quae ita se habet: E si por auentura el preso conociere el yerro sobre que fue acusado, o recabado, si el yerro fuere tal que merezca muerte, o otra pena en el cuerpo, eslonce si el recabado fuere home de buen lugar, o honrado, por riqueza, o por ciencia, no lo deuen mandar meter con los otros presos, mas deueno fazer guardar en algun lugar seguro, e a tales homes que lo sepan fazer guardar: pero poniendo toda via tal senecia en su guarda que se pueda cumplir en el la justicia que el fuero manda. E si fuere home vil, deuen lo mandar meter en la carcel, o en otra prison, que sea bien re-

cabado, fasta que lo inxquen. Quam l. limitat l. 6. eiusdem tit. in vers. E maguer quando aquellos que lo tuuiesen en guarda, se remiesen que se yria: por que entonces bien lo pueden meter en fierros, e tenerlo guardado en ellos, en el lugar que de lo encomendaron, de guisa que puedan ser seguros del, que no se yria. Et inquit Greg. Lop. in d. l. 4. in gl. Lugar seguro, que lugar seguro se ha in aliquo fortalitio, ut moris est. Si tamen sit tale crimen, quod securi non potest tradi militibus custodiendus, ponetur in carceribus, ut in l. 1. & in l. diuus, ff. de casto. reor. & inquit satis hoc probare d. l. 4. cum supradictis personis hoc specialiter permittat, quando possent extra carceres custodiri alibi sub fida custodia. Vt prius quod nobilibus datur & assignetur alius carcer, est alia expressa l. Regia in l. 11. d. tit. 2. lib. 6. noua recopil. quae est huiusmodi: Mandamos a las justicias de nuestros Reynos, que a los hyodalgo y caballeros, que estuuieren en presos por algun delicto, y se guarden en carcel apartada de la que tienen los pecheros: y la otra gente comun. Y lo mismo mandamos a los del nuestro consueo y audiencias, y Alcaldes de nuestra corte y chancillerias, que lo asi provean, y se guarden a los hyodalgo y nobles sus privilegios y libertades.

Ex quibus inferitur, quod si commentariensis custodiat virum nobilem, integre fidei & opinionis, & fugiat talis nobilis captus, non tenetur commentariensis poena legali: debuit enim & potuit illius nobilitatem se credere. Ita voluit Ang. de Perus. in l. si a bona fidei, ff. de re. iud. asserens ibi esse casum directum huius questionis, & refert se liberalle ex hoc quendam Gaphum de Prato, Rectorem quondam Bononiae, sequitur Aret. in l. lais prator, §. custodiam, ff. de mod. idem in l. cum quidam, §. quod dicitur, num. 5. digest. de acquir. hered. lal. in l. si pecuniam, §. sed si acceperit, num. 5. digest. de condit. caus. dat. idem lal. in l. admonendi, in repet. num. 163. digest. de iure iur. idem lal. in aut. inbemus, num. 12. C. de iudic. Palat. Rub. in rep. cap. per vestras, §. de donat. inter vir. & vxor. §. 9. num. 14. & Tiraq. de nobilitate, cap. 20. num. 28. sequitur etiam Ocalora de nobilitate, 4. part. cap. fin. num. 2. vbi refert lal. Bartol. & Palat. Rub. vbi supra. Limita tamen supradicta, nisi in nobilibus semel aufugerit a palatio, quod illi fuerat loco carceris assignatum: nam debet postea in vinculis & carcere detineri, nec debet cum fideiussoribus relaxari, iuxta gloss. sing. quam sequuntur Bald. & Roma, qui illam dicit notatu dignam, in l. lege Cornel. verb. ex vinculis, ff. ad Syllaniam, sequitur plures allegans & maxime commendans Tiraq. vbi supra, n. 32.

Et suprad. l. Regia praecipiens, quod pro debito civili nobilis non incarceretur quotidie practiceatur, secundum Ant. Gom. 2. tom. c. 11. n. 54. & ego quoque iam eam vidi plusquam semel hic Placentiae practiceari, in quibusdam nobilibus captis pro debitis ciuilibus pro quibus ego patrocinabatur, nam probata sua nobilitate, iudicialiter fuerant liberati a carcere per sententiam, qua declaratum fuit, eos non posse detineri in carcere pro debito civili, iuxta d. l. Reg.

Interim tamen quod sit probatio nobilitatis, nobilis detinetur in carcere vel relaxatur sub fideiussoribus de hac, quousque causa determinetur super dict. articulo. Et ita vidi feruari, nisi quando est notoria & absque contradictione nobilitas debitoris, idque allegat ipse nobilis pro notorio, taliter, quod nullum dubium sit de praedicta

praedicta nobilitate, quia hoc casu recepta statim informatione praedicta notoria nobilitatis, non est carcerandus, & si fuit carceratus, statim debet dimitti absque praedicta fideiussione. Et quod in princ. huius n. 6. diximus, sequitur nos citans notissime D. Azceud. in l. fin. n. 73. tit. 21. lib. 4. noua collect. Reg.

Sed vidi dubitari per quendam iudicem, an hoc casu iudex ordinarius cuiusque loci sit iudex competentens ad cognoscendum super nobilitate ad hunc effectum, ut nobilis non carceretur pro debito, vel non torqueatur pro delicto, an vero remittenda sit cognitio huius artic. a los Alcaldes, de los hijos dalgo de las Chancillerias, qui tantum & non alij inferiores iudices ordinarij locorum sunt iudices competentes in causis nobilitatis: In quo resolutiue & breuiter est dicendum & tenendum, quod iudex ordinarius cuiusque loci, vbi petitur debitum a nobili, vel accusatur nobilis de delicto commisso, est iudex competentens ad cognoscendum de hoc articulo incidenti & emergenti in causa principali, scilicet an sit nobilis ille debitor, vel delinquens ad hunc effectum tantum, ut non possit capi, nec detineri in carcere pro debito civili, vel quod non possit torqueri. Nam hic non agitur principaliter de ipsa nobilitate, sed incidenter & per quendam consequentiam: quo casu iudex, qui alias non est iudex competentens in causa status principaliter in iudicium deducta, poterit tamen de ea cognoscere, quoties bonorum disceptationi occurrat, ut inquit text. in l. quoties, C. de iudic.

Ex quo text. inquit eleganter Abb. in c. quant. num. 9. de iudic. quod iudex laicus cognoscens de viuentis bonorum, cognoscit etiam de iure patronatus ibi inuoluto, nulla facta de eo mentione, nec in libello, nec in sententia, de quo videndum est ibi late Felin. n. 3. & in propriis terminis nostrae questionis inuenio ita expresse tenentem Ocaloram de nobilitate, 3. part. c. 2. num. 8. & Auen. de exequend. mand. Reg. c. 1. n. 33. vers. vigesima causa, fol. 20. colum. 3. & idem vult Dom. Anton. de Padilla in l. si adib. num. 7. C. de seru. & aqua. Et nos citans Azceud. vbi supra, n. 69.

Vbi n. 8. tenet, quod in hoc casu leuiores probationes nobilitatis sufficiunt: & idem asserunt Auen. & Ocalora, vbi supra, & latius idem Ocalora cap. 10. per totum, d. 3. part. qui est videndus omnino, ut sciatur modus probandi nobilitatem hoc casu: & concludit debere allegari, quod est fidalgo, & sufficere probari quasi possessionem nobilitatis, attenta qualitate personarum & factorum & delictorum, & secundum circumstantias processus, ut ibi ipse bene exemplificat. Et ita fit & practiceari vidi saepe. In ipsa tamen sententia, qua pronuntiat, talem nobilem non posse nec debere detineri in carcere pro tali debito ciuili, declaratur, quod per hoc nullum praedictum fiat in proprietate, nec in possessione fisco Regio respectu aliarum rerum.

Bona tamen ipsius nobilis debitoris capi possunt, & debent manifestari pro exsolutione debitorum. Nam idem alias videmus in illo, qui cedit bonis, qui quidem per cessionem liberatur a carcere, sicut nobilis propter nobilitatem, ut probat l. 1. C. qui bon. ced. poss. & l. 4. tit. 15. part. 5.

Nam cedens bonis tamen tenetur creditoribus dimittere omnia bona, quae tunc habet, gl. in l. pe-

nile, ff. de cess. bon. committere accepta, secundum Couar. lib. 2. var. resol. c. 1. num. 5. approbatur in l. 1. tit. 15. part. 5. vbi traditor de vestibus reliquendis huic cedenti, & Couar. etiam vbi supra cum Medin. Idem de instrumentis necessariis ad querendum victum tradit, licet apud forensia tribus nalia dicat quibusdam admodum fortasse videri. Omnia haec hoc. n. 11. tradita refert & sequitur Matien. in l. 4. gl. 2. num. 8. tit. 16. lib. 5. noua collect. Reg. addens esse receptam opin. ut cedenti relinquantur vestes, quae damnatis ad mortem relinquantur, ut in l. diuus, ff. de bon. damn.

Relinquenda sunt tamen nobilibus arma, vestes, lectus quotidianus & domus habitationis, ut in l. 3. 4. & 5. d. tit. 2. lib. 6. noua recopil. Reg. Et quamuis circa domum habitacionis raro illae practiceantur, tamen quantum ad arma, equum & mulam, vestes & lectum, omnino obseruantur, ut tradit Ocalora de nobilitate, 4. part. cap. vlt. n. 3. & Baec. de inop. debitor. c. 16. n. 119.

Quae leges intelligi debent aliis bonis existentibus secus vero in subsidium, quando alia bona non adfunt, ut infra dicitur c. seq. nisi in equis propriis, in quibus solent equitare, quia in his etiam aliis bonis deficientibus non est facienda executio, ut in l. 23. in vers. ni les deuen, tit. 21. part. 2. vbi Greg. Lop. vers. los cavallos de sus cuerpos, dicit notandam illam legem, quia de iure communi non meminit legis hoc disponentis, & limitat eam in casu specialis, l. 32. tit. 26. ead. 2. part.

Et ex d. l. 23. intelligenda est l. 3. tit. 27. part. 3. quae in supradictis rebus & aliis prohibet fieri executionem, aliis bonis existentibus, nam in equis, etiam si alia bona deficient, non est facienda executio, ut in d. l. 23. & hoc modo sunt concordanda & intelligenda dictae leges Regiae, & quod tradit Gregor. Lop. in d. l. 3. in gl. fallando otros bienes, dicens, quod in subsidium etiam in illis bonis contentis in dict. l. 3. fit executio, nam intelligi debet in aliis bonis, exceptis equis, quia in illis equis, etiam aliis bonis deficientibus, non est facienda executio, ut in d. l. 23.

Si autem legitime probaretur, quod nobilis occultauit vel occultari fecit aliqua bona, ne caperentur pro debito, tali casu existimarem quidem, nobilem hunc non gaudere nobilitate sua, & ea non obstante posse capi & detineri in carcere pro debito: ad quod tenendum moueor sequentibus fundamentis, quia articulus hic sepius versatur in iudiciis. Primo, quia nobilis, qui tale quid facit, committit dolum & fraudem, cum id faciat in fraudem creditorum, ne recuperent, quod sibi debetur, ut in toto tit. C. & ff. quae in fraud. cred. & in §. item si quis in fraudem, cum materis, insti. de actiō.

Sed dolus fit est delictum, ut tenet gloss. in l. 1. 15. verb. crimine, scilicet dolo, ff. de fideiuss. tur. pro qua est text. expressus in l. 1. §. plane, ff. de ratel. & rat. disp. ibi, Quia proprii delicti panam subit, vbi dolus delictum appellat. Quem text. ad hoc meliorem iuris dixit lal. in lectura l. admonendi, num. 5. ff. de iure iur. & idem in l. 2. num. 4. digestis de in iur. & idem lal. in l. 1. n. 34. digestis de legat. 1. sequitur etiam additio Bart. in l. omne delictum, digest. de re milit. quod intelligit de dolo commisso in faciendo Paul. de Cast. in l. moria, n. 13. digest. solut. matr. vbi dicit, quod si tunc non cadit in speciale nomen delicti, dicitur crimen stellionatus: sed pro delicto & debito descendenti ex eo, potest &





tacite potest appellati renuntiare, *vt vtrumque tradit & probat. Marant. de ordin. iudic. 6. parte princip. Codice, de appellat. numero 330. & sequentibus, folio 631. vbi num. 332. addit, in tantum procedere hanc renuntiationem, quod etiam si renuntians adhuc sit infra decem dies datos ad appellandum, non potest ulterius appellare secundum Cardinalem & Ioan. de Anania, quos ibi refert. Quod profecto est verbum notandum, de quo iam ipse sui consultus & interrogatus in practica, & ita respondit cum Marant. vbi supra: quod prodest ad intellectum leg. Regni, qua statuuntur hodie quinque dies ad appellandum.*

Et ita ex supra dictis fundamentis & aliis, quae hic referre non curo (relata enim praecipua sunt) sunt, qui hanc opinionem primam teneant, scilicet, vt nobilis possit renuntiare huic privilegio, quod II. Regiae sibi concedunt, ne capiatur pro debito ciuili, ita vt ex sua renuntiatione possit pro hoc debito incarcerari & ibi detineri, donec soluat, inter quos est Doctor del Casti, in dict. l. 79. Taur. paulo post princip. & Gregor. Lopez, in l. 34. titul. fin. part. 7. in gl. de senre tenet etiam Couarr. in capitul. quatuor pactum de pati. in 6. in 2. parte, in princip. num. 5. vbi loquitur deficientibus bonis, in quibus fiat executio, & asserit ita fuisse in Granateni pratorio, cum causa ex facto tractaretur pronuntiatum, & ibi latissime eam opinionem defendit ab argumentis, quae aduersus eam facere videtur. Et tandem in fine illius inij concludit dubiam esse hanc opin. & nihilominus eam equissimam esse existimat, ne causa nobilitatis ipsi nobiles luxui, ludis, & comestationibus dediti absque vilo delectu res alienas, praesertim pecunias, mutuo acceptas temere consumant.

46 Et inquit, quod si ex renuntiatione alicuius privilegij derogaretur nobilitati in vniuersum, tunc non foret renuntiatio ista admittenda, nempe quo ad aliquod ignominiosum supplicium nobili inferendum: quod maxime obseruandum erit in his & similibus renuntiationibus: hanc ille. Quam etiam opinionem sequitur referens Couarr. vbi supra. Mench. de success. creat. §. 30. n. 295. Et hanc opinio. obtinuisse dicit Ioan. Orosc. in l. ius agnationis numero 2. ff. de pact. hanc etiam opinio. primo fundat Didacus Perez in leg. 1. titul. 2. libro quarto, ordin. colum. 1365. & in colum. 1366. eam in transitu communem appellat: hanc opinionem latissime fundat, probat & sequitur respondens fundamentis contrariae partis Baeca de deb. in ope. c. 16. n. 37. & seq. & num. 103. inquit non sufficere ad hoc, vt renuntiatio praed. valeat, quod nobilis renuntiet generaliter omni legum auxilio, & num. 104. limitat hanc suam opinionem affirmatiuam in homine nobilissimo, puta Duce vel Comite.

Quae opinio proculdubio procedere videtur, si in praed. renuntiatione nobilitatis adsit iuramentum de non contraueniendo, cum absque eo adhuc sit opinio obtenta & bene fundata, quod valeat praed. renuntiatio nobilitatis: quanto igitur fortius valebit, si sit iurata, cum iuramentum tribuat vires actui & contractui alias inualido & nullo, & sit omnino seruandum, quando potest seruari absque interitu salutis aeternae, vt pluries dictum est, sicut in praesenti nostra quaestione iuramentum seruari potest.

Sed pro contraria parte, imo quod renuntiatio nobilitatis absque iuramento non valeat nec teneat, & quod ea non obstante nobilis non possit

nec debeat pro debito ciuili incarcerari, primo facit text. in l. alia, §. eleganter, ff. solut. matrim.

Vbi probatur, quod non valet pactum matris renuntians vxoris exceptionem, quam a iure habet ne in solidum conueniatur, quoniam est pactum hoc contra bonos mores & recepta reuerentiam, quam vxor marito praestare tenetur: & si pactum illud valeret, posset maritus perpetuo carceri mancipari, quod minime est admittendum. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, quod pactum suae renuntiationi nobilitatis non valeat, cum sit contra bonos mores, & in opprobrium totius nobilitatis, si nobilis capiatur & detineatur in carcere pro debito ciuili. Nam privilegium, quod iure communis habet maritus, ne ultra quam facere possit conueniatur, simile est ei, quod nobiles habent ex l. Regia, scilicet, ne capiantur pro debito ciuili.

Nam qui non possunt conueniri ultra quam 48 facere possunt, non possunt personaliter capi. Ita voluit gl. quam ibi in hoc expendit Bald. num. 9. in l. liber captus, Cod. de capt. & postlimin. reuers. gloss. fin. quam opin. tenet Roder. Suar. in l. 2. tit. de los gouernos lib. 2. fori in quinta quest. num. 5. folio 417. Et in marito quod non possit incarcerari pro dote testatur communem opinionem, Auendan. in respons. 8. num. 8. vbi inquit idem regulariter in omnibus, qui non possunt conueniri ultra quam facere possunt. Sed & sunt alij plures, qui idem tenent, quos nunc omitto, quia relati supra sufficiunt in proposito.

Imo pactum illud, quod de quo in d. l. alia, §. eleganter, iuramento non firmatur, vt tenet ibi Barr. & alij Dott. & Anton. Gomez. in l. 53. Taur. n. 49. testatur magis communem Mench. de success. creatioe. §. 28. num. 18. vbi tenet contrarium & forte verius. Sed ante eum testatur magis communem opinio. Bartoli Couarr. de pact. in 6. in secunda partis initio n. 4. ad finem, fol. mibi 61. Et in foecero premittente soluere totam dorem cum iuramento, quod iuramentum in hoc casu non sit obligatorium cum effectu ad tollendam d. exceptionem, impetrata prius absolutio ad iuramento, fuit ita decessum in Capel. Tolos. decis. 258. vbi gloss. Stephan. Auferrij limitat, quando foecet & focrus fuerint in dolo, quia pauperes, scientes se non esse solvendos, praemiserunt dorem, nam cum tunc delinquant propter dolum suum perunt privilegium, vt in l. penult. ff. de iur. dot. & ibi allegat. Ang. Arctin. & Ioan. Fab. hoc tenentes.

Secundo quod & principaliter pro hac secunda 50 opinio. negatiua facit text. in cap. si diligenti, de for. competem. vbi probatur, quod clericus etiam cum iuramento non potest renuntiare privilegio fori, quod habet ne conueniri possit coram iudice saeculari: ergo ita videtur dicendum in proposito quod nobilis non possit renuntiare privilegio, quod habet, ne pro debito ciuili possit incarcerari. Quia ratio text. in d. cap. si diligenti, est quia privilegium illud vniuerso clericorum collegio competit, quare vnus pacto abrogari in praedictum ceterorum non potest: quod satis significatur in vltima parte illius text. dum dicit. Cum hoc non sit beneficium personale, cui renuntiare valeat, sed potius toti collegio ecclesiastico sit publice indultum, cui priuatorum pacto derogari non potest. Quae ratio etiam militat in nobili, nam privilegium supradictum concessum nobilibus, ne capiantur pro debito ciuili, toti ordini nobilitatis publice concessum est,

vt

vt constat ex II. Regiis, vnde ei pacto priuatorum derogari non potest. Nec obstat, si dicatur, quod non videatur praedictum inferri toti nobilitati per captionem personae vnus vel alterius nobilis, renuntians suae nobilitati, sed tantum ipsi renuntianti, praecipue quia non renuntiat nobilitas ipsa, sed ius sibi competens, & effectus ex ea resultans: quia respondeo, eodem modo dici posse in clericis respectu fori, & tamen ad huc eis non valet renuntiatio particularis fori, quia per eam toti ordini & collegio clericorum fit iniuria & praedictum. Vnde eodem modo est dicendum in nostro casu, quia si praedicta renuntiatio nobilis valida esset, negari non potest, quin iniuria maxima & opprobrium fiat ex hoc ceteris nobilibus. Possent quandoquidem hoc modo voluntate nobilium egentium & renuntiantium suo privilegio, nobilitas ipsa viliendi quotidie, cum oppressi necessitate plures sint nobiles, habeantque familiam & filias monasterio vel matris collocandas. Ad quas necessitates subueniendas & prouidendas, necessario debent se nobiles debitores alijs conuenire, seque ad carceres obligare renuntiatione nobilitatis, cum alias creditores nolint nobilibus fidere, nec credere, & nobiles ipsi videntes se in magna egestate constitutos, eadem facilitate, qua se obligant, renuntiet suae nobilitati, ne alias contingat eos fame perire: argu. l. doli mali, ver. diuersum, et l. digest. de nouat. & de lega. Quod fundamentum fortificatur, nam sicut exemptio illa clericorum ad liminibus iudicij saecularis est iuris diuini, iuxta veriore & communem sententiam, quam tradidimus in reper. leg. nemo potest, numero 107. & sequentibus. digest. de legat. 1.

51 Ita quod etiam haec prerogatiua militibus concessa, videtur habere sui rationem in diuina prouidentia radicatum, ex magna fidelitate, qua Deus optimus maximus nobilium animos erga suos Principes exortauit, vt constat manifeste ex l. 2. tit. De los hijsdalgo, lib. 4. ordi. quae hodie est, l. 2. eodem titul. 2. De los hijsdalgo, lib. 6. noua recopil. Regia, vbi ita scribitur. Esfablemos y mandamos, queriendo guardar la frena que han los hijsdalgo de Castilla, y de las Espanas, por la gran lealtad que Dios en ellos puso, y denen auer que les sean guardadas todas sus libertades franquezas, y exenpciones que han y denen auer por las leyes de nuestros reynos &c. Ecce ergo quod propter fidelitatem diuinis nobilium animis impartitam haec illis prerogatiua competit, adeo vt possint hi nobiles merito optimoque iure sibi vindicare, quod Poeta dicit satyra 15. Sensum a caelesti demissum vraximus arce. Ex quibus omnibus in hoc fundamento dictis bene comprobatur haec secunda opinio negatiua, quod nobilis non possit renuntiare huic privilegio, quod iure Regio sibi conceditur, scilicet, ne capiatur pro debito ciuili, & quod, si renuntiet, eius renuntiatio nihil valerit etiam probatur ex supra dictis, praecipue ex d. c. si diligenti, quod nec iuramento renuntiare possit per nobilem praedicti privilegio.

52 Tertio quod pro hac opinio. negatiua facit l. nequit ex corpore, c. de adu. diuers. iudiciorum, vbi probatur, quod patronus castrarum minime potest privilegio, quod habet, scilicet ne suscipiat provincialis functiones, renuntiare, vt ambientibus claudatur ingressus, & inuitis necessitas auferatur. Et ibi gloss. verb. ambientibus, opponens de leg. si quis in conscribendo, c. de pact. soluit di-

gens, hoc ideo ibi, quia alias fieret iniuria toti suo ordini rogatorum. Ergo ita in proposito dicendum est, vt nobilis minime possit renuntiare privilegio, quod habet, scilicet vt non detineatur in carcere pro debito ciuili, ne per hoc fiat iniuria toti suo ordini nobilium.

Quarto quod pro hac eadem opinione allego 53 text. in cap. contingit, et l. de sententia excommunicationis, vbi clericus non potest renuntiare privilegio canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. cum privilegium illud non tam in fauorem clerici ordinati, quam in fauorem clericalis dignitatis fuerit inductum: quare si sponte se clericus percipi patiatur, adhuc percipiens incurrit ipso iure excommunicationem illam, de qua in d. c. si quis suadente, & in d. c. contingit.

Imo quod si clericus seipsum percipiat, incidit in 54 illam canonis censuram, arguendo text. in l. omne delictum, §. qui se vulnerauit ff. de re milit. Quam opinio tenent plerique ex antiquioribus in dict. cap. contingit, vbi Panormitan. num. 6. testatur, eam esse communem opin. quam etiam tenet Faber in l. iuris praecipua. Instit. de iust. & iur. & Cardinal. allegando alios in Clementina 1. num. 3. de relig. & venerat. Sancti. & Caiet. in summa, verb. excommunicatione. c. 10. vers. nota tertio: Ergo ita in proposito dicendum est, vt nobilis, etiam volens, renuntiare minime possit privilegio supra dicto, quod sibi lege Regia conceditur.

55 Quinto quod & principaliter pro ista parte negatiua facit text. in l. 3. in vers. quae veron non a patre, ff. de interd. & re leg. vbi probatur, non posse quem renuntiare vel perdere ea, quae non a patre, sed a genere habet: ergo ita & eodem modo dicendum venit in proposito, nam ius nobilitatis a patre est & a genere, non a se ipso.

56 Nam quod vt in illa quis obtineat, necesse est probare illa competitis patri, auo, & item atauo, vt est l. 2. tit. 21. part. 1. vers. Et hijsdalgo ha de fer escogido, &c. hodie sufficit probare de se, patre & auo, vt in l. 7. & 8. tit. 11. De los alcaldes de los hijsdalgo, lib. 2. noua recopil. Regia.

57 Sexto quod pro hac opinione facit regula illa iuris vulgarissima, quae habet, ius publicum priuatorum pactis mutari non posse, vt in leg. ius publicum ff. de pact. l. testandi causa, Cod. de testam. leg. nemo potest, vbi dixi ff. de legat. 1. l. quod de bonis, §. frater cum heredem, ff. ad l. Falc. Sed lex Regia concedens hoc privilegium nobilibus, ne capiantur pro debito ciuili, publicum, & non priuatum tantum utilitatem continet, vt constat ex praed. l. & probatur per text. in leg. spe. Cod. quae res pign. oblig. poss. Praeterea in dict. leg. 4. Regia conceditur hoc privilegium nobilibus, & in l. 5. statim sequenti hoc idem privilegium repetitur & confirmatur, quasi in finibus nobis lex, hoc privilegium irrenunciabile esse, quod ipsa non sine iuris ministerio iterum inculcat, argum. text. in l. quis bis idem, ff. de verb. oblig.

58 Praeterea quod in l. 6. omnia privilegia nobilibus (quos hijsdalgo appellamus) competentia ad eorum vxores extenduntur, quantumcumque ipsae nobiles non sint, in quo videtur lex nobiles Caesariibus adaequare, quorum vxores ex persona maritorum Imperialium titulum apicibus decorantur, leg. Princeps bona, ff. de legibus, leg. bene a Zenone, ver. sed simus, ibi, eodemque modo. C. de quadien. praescrip. Quorsum igitur II. Regia haec privilegia nobilibus concessa extendenda putauerunt, & sepius repetunt nam enixa adhibita solici



